Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



tum iniquitatem. In futuro os aperire dicit. quando
p ipsũ hominẽ damnatũ secularis potentia contra dm
& ecclam eleuatus. publice ausus fuerit blasphemare
nomen ipsius. illud scilicet de quo Paulus apls dicit.
Propt quod & ds illũ exaltauit. & donauit illi nomen
quod ẽ sup omne nomen. Blasphemabit hoc nomen
quia dicet ipsũ non fuisse xpm. sed potius anti xpm.
se autẽ xpm ẽ fatebit. nec iam similẽ do sed sicut
dicit apls. extollitur & eleuabitur supra omẽ quod
dicit ds aut quod colitur: ideoq; in illo deterior
omnib; blasphemia inueniet. Et tabernaculũ eius
subaudit blasphemat. idẽ ipsam redemptoris nri car-
nem. in qua habitat omnis plenitudo diuinitatis.
dicens ñ hec ita se habere. sed signũ fuisse & p demo
nũ potestatẽ tanta agere potuisse. se autẽ confite
bitur ueri ẽ filiũ di. & filiũ hominis.
ita ut sedeat in templo di tamquã sit ds. Et quia
in se diuinitatẽ habitare dicet. ideirco etiã adorari
se faciet. Et eos qui in celo habitant. idẽ in ecclia siue
nunc siue etiam qui iam pcesserunt. blasphemabit.
dicens omnes hos fuisse ministros anti xpi. & pseudo
pphetas. & aplos ab ipso deceptos. affirmans nullum
ante se xpianũ fuisse. sed omis anti xpos extitisse.
Et datũ est illi idẽ pmissũ ẽ ei a do iusto iudicio.
bellũ facere cũ scis. & uincere illos. Faciẽ bellũ ad
uersũ scos. quia pugnabit aduersus eos. & muneribus
& tormentis. & quos ñ potuerit inclinare ad fidem
suam. uincet. idẽ occidet eos. ñ tamen animas illẽ
decipiet. Sed fortassis querit aliquis. cur ds omnps